

M P V I

1 6 3 1

Ny  
3027

- I. Epitalamia mihi M. Iera conscripta.  
 II. Elegia dua mihi et Collegis meis in Senatu conscripta.  
 III. Nuptiarum Joannis Grubii et Charitatis Eichenberriana conscripta Lernha.  
 IV. Nuptiarum Petri Matthei Wenzelius et Sarra Oberholz.  
 V. Nuptiarum Valerii Rucheri et Dorotheae Mariae ab Enden.  
 VI. Nuptiarum Joannis Hameli et Magdalena Huldermannana.  
 VII. Gratulatio Joanni Fabrius Consuli et Collegis.  
 VIII. Nuptiarum Andreae Woltheri.  
 IX. Leipzgredig L. M. Caspari Ulrich angalem  
 X. Nuptiarum Dr. Rudolphi Principis Anhaltine et Comitis in Odenburg  
 XI. Nuptiarum M. Caroli Jacobi.  
 XII. Leipzgredig F. Gottfrido. tmingo J. W. Ingulcey  
 XIII. Nuptiarum Frederici Hameli.  
 XIV. Nuptiarum Matthaei Witzii.  
 XV. In Octum Dorotheae Hageri Dr. Wendelinus filii.  
 XVI. Propemptica Dr. Martino Fusslio scripta.  
 XVII. Nuptiarum Dr. Joannis Ernesti Riedermannii.  
 XVIII. Leipzgredig Imay Egistis Neurichter angalem  
 XIX. Propemptica Dr. Joanni Sturmio scripta.  
 XX. In Honorem Magisterii Frederici Steffonis et Ernesti Wulfforpi.  
 XXI. Leipzgredig L. M. Joanni Prendelius angalem  
 XXII. Nuptiarum Dr. Frederici Grubii.  
 XXIII. Leipzgredig J. Ernesti von Lohgang angalem  
 XXIV. Gratulatio ad Dr. Rudolphum Principem Anhaltinum ex filio  
       nato Johanne.  
 XXV. Nuptiarum Joannis Mutti.  
 XXVI. Leipzgredig Joachim Dr. Dr. Etissels Valentinus Angalem  
 XXVII. Id Dr. Augustum Homagium accipiendo causa, e me at ingressu.  
 XXVIII. Nuptiarum Ottomis von Jorn.

Ec. 7

Quod felix faustumq; esse jubeat

Supremus ille Pronubus,

De novis Nuptiis,

Quas

D. O. M. A.

Vir Reverendus Humanissimus juxta  
ac Doctissimus, DN.

M. C H R I S T O

P H O R U S N E T T E L B E C I U S,

Diaconus Bernburgensis ad D. Aegidii,  
& Pastor Dröbeliensis

Cum

*Lectissimā & pudicissima Virgine*

A N N A

Viri integerrimi & honestissimi

Dn. G E O R G II Schünevogels /

Civis quondam Servestani primarii

reliktā filiā

Bernburgi A. D. IV. Non. Xbris, Anno reparatae salutis

M. DC. XXII. celebraturus est,


Gratulantur

Amici.

S E R V E S T A E

Characteribus Zachariæ Dörfferi.

C I O . I C . XXII.





## EPIGRAMMA

ad.

S P O N S U M .



S se auditor ego, nunquamq; repone-  
re malim,  
Quàm *Vates*, inter dicier esse novos.  
Gratia jam periit versùs, *Vatumq;* maligno  
Vix teper, his secli moribus, igne focq;  
Non et qui melico pretium fecisse labori,  
Seu, *Naso*, redeas, Ieu, *Maro* dive, velit.  
Non habet *Augustum Metanatemve Canorus*  
*Romanae* fidicen *Teutonicæ* lyrae.  
Esse tamen nugas aliquid si forte putabis,  
Quas Sponsis olim nostra *Thalia* dedit:  
En cape, qui poscis, quos illevisse papyro  
Versiculos potuit arida vena breves.  
Conjugium voveo, cui pleno copia cornu  
Affindat, quicquid, Sponse, vovere queas.  
Ne dubita: voti nostri damnabimur olim:  
Jam tibi dimidium totius, ecce, venit.  
Ecquod dimidium, quis eris? Lectissima Sponsa:  
Dimidium hoc toto plus tibi, Sponse, valet.

*Marcus Fridericus VVen-*

*delinus. G. A. R.*

A 2

VOTUM

VOTUM NUPTIALE.

Spiritus ut Deus est castus: sic casta Vt-

Est donum summi, Viva & imago DEI.

Jungitur atq; Viro socialis fædere lelli,

Qui studet ingenuo corde timere DEI & M.

Ut Sibi solamen gratum sit, dulce levamen;

Sit, sibi sollicita fida Columna domus.

Gratulor ergo tibi affinis de conjugè casta

Sponse, DEI nutu quæ tibi nupta venit

Atq; novis precor ut Sponsis felicia cedant

Vincit labori, dominat que Papa: sacra probans.

Vivite longevi jucundâ pace, videntes

Dulcia fecundi pignora conjugii.

Cum quibus unanimes referatis debita laudium

Munera, cantantes jubila grata, DEO.

Infelix cum sit conatus & irritus omnius,

Absq; DEI fato: sive rata Vota precor.

boni omnini ergo  
accinebat

Ludolphus Beuke Eccles.  
Ilverst. Minister.

ANNO

Christophoro Netelbe Clo pla ConsoCiata  
ANNA Venit thaLaMIIIVre pVeLLa bono.

Ad

HISTOR

*Ad*

*Rev. Dn. S P O N S U M , &c.  
amicum honorandum.*

**A** Ltera jam cani nix est exorta Decembris,  
Et Boreas pulso regna tenet Zephyro:  
Nix tegit arva, riget glaciali frigore tellus,  
Jamque suas latitans Flora recondit eipes.  
Undique grassantur morbi, scelerata impia, fraudes,  
Interitumque parant aequora, terra, poli.  
Imprimis Bellonia furit, Mars cæde cruentat  
Orbeum, quæ mitem, lumina quaque refert.  
Addo quod ulla domus vix inveniatur, acuto  
Quæ non fortunæ verbere tacta gemat.  
Et mala quis totum quæ regnant fusa per orbem  
Scribendo integras Iliadas numeret?  
Tu tamen interea, mediis tranquillus ut undis,  
Sub tacito flamas pectora amoris alis,  
Quoque magis Boreas, quod miror, docte Magister,  
Sarmatico largas spirat ab axe nives,  
Horrendo & cœlum tristatur frigore, flamas  
Hoc minus extingunt frigora tanta tuas?  
Quin magis accendunt etiam, quis credere possit?  
Et gelidâ flagrans de nive crescit amor.  
Fallor, an hos primum tibi conciliavit amores?  
Nix, unde & flamas auger aliquid tuas?  
Sic est, vera canis, mea Musa, & mira, nec isto  
Te vanam augurio lubricus error agit.

Urbs veterum quondam Soraborum est inclyta, famæ,  
Dulce cui celebris stat sine morte decus,

*A 3*

*Nescio*

Nescio multorum quo se hæc candore recondæ

Mentibus, & mentes ducat amore sui.

Nuper ut hanc paucos aut fatu aut forte revisit,

Ante dies præstans arte Netelbecius,

Obvolat intranti mox candida avicula, Nympha

Nubilis adsimilem vultum habitumq; gerens,

Horrea cui nomen gravidis stipata dedere

Frugibus, integræ sanguine crera patris,

Miratus formam juvens, moresque pulitos,

Intemeratam animi corporis atq; nivem,

O sisata velint, hac me cum compare vitam,

Infit, consorti ducere rite toro!

Nec mora, adhuc vultu dum lumine virginis hæret,

Et tacito proprius tentat adire gradu,

Sedibus æthereis niveis delabitur alis

Candidas & nervo spicula torquet Amor,

Torquet in amborum declivi pectora motu,

Protinus & tales edidit ore sonos;

Vos olim socio qui corde calescitis agne,

Unanimi junctos vos decet esse toro,

Annuere ut dictis Divumq; hominumq; Satorem

Sensit Amor, porro, fausta precatus, ait:

Par benè compositum, felicem vivite vitam,

Longæviq; dies vivite Nestoreos;

Incolet usq; domum mitis Concordia vestram,

Regnet & in toto Gratia blanda toro.

Ah pereat, quisquis male sano sacra furore

Vincula connubii dissoluisse probat,

Dissidii genitrix pereat socialis Erisnys,

Ipsa maritali plusquam inimica Toro.

M. Georgius Enderlingius,  
Pastor Altenburg.

SPON-

## SPONSIS.

**S**unt, qui amant mirâ vice temporum istâ,  
Fædere haud nuptam sibi jungere aequo;  
ConjugI expertem thalamig̃ malunt

Degere vitam.

Sunt, qua amant, mirâ vice temporum istâ,  
Nec parinapfissē, nec altiori;  
ConjugI expertem thalamig̃ malunt

Degere vitam.

Quid sit hoc! Martis furias utriq̃  
Atq̃ Bellona metuunt, in omnes,  
Tela vibrantium fremebanda bellis;

Turronis oras.

Agnitu dignum hoc; aliquidq̃ grande hoc!  
At, Papa! Cœlum sibi quis serenum—  
Semper effingat, vacuumq̃ totum

Turbine Mundum?

Semper afflārunt Zephyrusq̃ & Eurus;  
Semper exultant vice Pax & Arma;  
Semper occurrent inimici gratias;

Grata inimicit.

Pars sed illorum quotacung̃ forte  
Subsecurum exilium extimeſcir;  
Fortē morborum varios regressus

Fingere querit;

Fortē fortunam tenuem, propinquos  
Sortis afflictę, faciem, minucę  
Fortē vel munus solitum d'gressum

Carpit Amantis.

Cognitu dignum hoc; aliquidq̃ magnum hoc!  
As, papa! votis sibi quis peraquam;

Semper

Semper appingat, similemque ab omni

Parte beatum?

Hi suis verbis, quid amant, quid ante  
Dadum amavissent, potius quid inde  
Sint amaturi, (mibi crede) produnt,

Soritis instat.

Nempe! non ipsos Dominos, Sed ipsas  
Ob facultates, generisque & altera  
Sortis afflatum Dominos amarent,

Si quid amarent.

Quid? quod hi praestare fidem fideli  
Conjugi apparent voluisse parvam,  
Aut Dei diffidere opis, nefasti

Tempore belli.

Sepe mutantes animum, tumorem  
Sentient vanum, reputantque seri,  
Quos prius fecisse putant repulsans

Corbe ferentes.

S P O N S E , Te laudo potius, colende;  
S P O N S A , Te laudo potius, colenda;  
Ambo qui vestram Domino salutem

Creditis omnem.

S P O N S A , nec Martem es timuisse savum  
Visa, nec sortem, rigidumque mentum,  
Sed tui mentem reputasse cari

Donaque S P O N S I,

S P O N S E , divinâ bonitate fretus,  
Et torum exosus vacuum, juvamus  
Credis, ut pacis placida; nefasti

Tempore belli.

Hinc Tibi lectam, propriam dictâsi  
A N N U L A M , bellam volucrem Puellam:  
Ambo quem vestram in Domino locâstis

Firmius uno.

Ille

Ille vos, (mentis vovo recessu)  
Largâ opum dextrâ recreet benignus  
Et sui (tanquam clypeo) favoris

Protegat umbrâ.

Ille vos multâ faciat Parentes  
Prole felices; faciatq; vestro  
Ut tuto gratia bona Pax Amoris

Advolet alia.

gratulatur

M. Ernestus Wulstorpius  
Scholæ Berenb.  
Rector.

---

ALIUD.

**N**ullâne vestra igitur Salanæ corcula  
Nymphæ  
Flamma rapit, nullus pectora adurit amor,  
Nec cura tangit Connubia?  
Nec tres florenti juvenes ætate politos  
Doctinâ, Albiaci per vada cœca fræti  
Transtire duras vos piget:  
Ut sibi brumali hoc cogantur figore ternas  
E Servestanis quærere, jure Tori  
Quas firmiter jungant sibi.  
Haud reor. Haud etenim genuit vos Caucasus, ursæ  
Nec quondam admirunt ubera sæva, dedit  
Quanquam Ursæ nomen Patriæ.

B                    Fac

Fac igitur, NETTEL BECCI, nove Sponsæ, Magister  
Et Tu, VVulstorpæ, fac, Friderice, fidam:  
Causam sciam fac consili,  
Cur Tibi cur illi cur isti tempore Sponsæ  
Hoc adducendæ sint aliunde, tribus  
Serveta Sponsas eur locet.  
Interea, mihi præsentis dum cognita vestri  
Cousili fuerit causa caputq; p'ccor,  
Ut fausta cedant omnia.  
Immo, quæ reliqui gratianti p'ctore amici,  
Quæ reliqui vobis ore i' binde vovent,  
Comprendo paucis omnia:  
Sint ratavota, Deus faxit, fausto omniè cedant  
Omnia, sint Sponsis prospera cuncta novis,  
Fac vota SPONSIS sint rata.

M. Petrus à Jena.



Parodia ad Odam 36. libr. I.

Horat.

E T voto atq; animo juvat  
Gratari meliore, atq; melissmate  
Læto, conjugibus novis,  
Qui nunc in Sorabum principis oppido,  
Bernburgo, slavii accolâ  
Salæ Conjugli festa parant pii.  
Et fausta instituunt avi:  
Divini memores ordinis & statutis,  
Quo non gratiор est V e o  
Ullus, sicut opus, quod sacra habet, docet.  
Hinc

Hinc ergo celebrabitis  
Læti hos conjugii legitimi dies.  
Adsis lætitiae dator  
Bacchus, cumq; jocis ingenui sales.  
Ait curæ & querimonia  
Nullum heic inveniant luctificæ locum.  
Omnes conjicient suos  
In Sponsos oculos, Sponsus & haud suâ  
Divelletur ab ANNULA  
Et pulcræ & Venere ipsâ mage splendida.

M. Martinus Cramerus.

Ad Dn. SPONSUM.

**T**Andem tu quoq; post laboriosa,  
Amice o mibi plarimum colende,  
Vita tempora, temporumq; flexus  
Dediscis vacuo cubare lecto,  
Et ducis tibi bellulam Puellam,  
**A**NNULAM Tibi BELLULAM VOLUCREM,  
Sicj OVA dubio procul volente,  
Qui primus Thalami est jugalis Autor  
Et Tibi, ut Thalamum peras jugalem.  
Hunc ergo Tibi gratulatus imus  
De cordis latebris, precor, JEHOVA  
Secundet, faciatq; prole multâ in cunctis oris  
TE, SPONSAMq; tuam querer beatos.  
Adsit Conjugio alma Pax, Amorq;  
Adsit mutuum oscula, atq; verba

Blanda; Sint procul hincce rixa & ira;  
Conjugalia jurgia, atque fustis.

Joh: Taschenbergerus, Junio-  
ribus de Borstel p.t. à studiis  
in Aula Beruburgensi.

Mägister Christopherus Nettelbeccius Spon-  
sus est, Anna Schonvogelia Sponsa:

*Per Anagrammatismum:*

NOSTIN AVIS PULCHRA EST, LEGIS.  
HANC. PORTAS, AGE, CHRISTUM.  
VOS. BONESPONSE.NOCET,

*Evolutio Epigrammatica:*

C HISTUM humeris PORTAS, Quare  
Te munere digno

Nunc ornat summi gratia summa Patris,  
Præmia digna refers, quoniā virtute PUELLA  
(Plaude AGE) Tí multā nobilitata venit.

Quam Tibi Connubio jungis, Doctissime Sponse,  
PVCLHRA AVIS EST. Ergo hanc, ô BONE  
SPONSE, sove,

HANC LEGIS, eximiis quæ dotibus aucta, Puellam:

NOSTIN: Num retulit nuncia Fama Tibi?  
VOS servet Dominus, Connubii & Autor & Autor,  
Quo Duce nil Satanae vis inimica NOCET.

Gratulabundus F.  
Zacbarias Müller Ascanius.

AR-

ARGENTI TIBI PONDERA, ET

Auri multa dabunt alii, nova munera SPONSE,  
CRATEREM sed ego muneris apto loco,  
Quem vultu placido suscipias precor,  
Non quidem sapido merō refertum,  
Votis pectoris ait mei.  
Pol sapis ergo,  
Culte Magister,  
Quod jungis tibi Virginem  
ANNAM Connubio tuo petitam:  
Si forsū dolor est rebus in asperis,  
Hec didicit prudens te recreare virum.  
Quare age, de T A L I felix letare P U E L L A,  
Iustitiū primo qnam TU complexus AMORE es,  
VIRGINĒ de tali gratulor usque TIBI.  
Ac ut vestra, precor, vincla jugalia  
Sint fausta & vigeat, domiq; vestra  
Aeternum maneat, sine  
Lite furenti,  
Litigamenti.  
Sit Pax, mutans ac amor  
Vobis, & similis puer P A P E N T I  
Et M A F R I similis blandula Filia  
Nascatur decimo fauste post mēse peracto  
Sic tandem PYLIO S Nestoreosque dies  
Vestra vincentes in Prole videbitis ambo,  
Urticas novas, & AVES, prædico, venustas.

Hæc paucula

ponebat

Christianus Reutter

Servestanus.

MAGISTER CHRISTOPHORUS NETTELPECIUS

Per Anagr.

UT STRUXERIT CASSE PHOENICEM PHILTRO.

A Lites Auceps capit VT tenellos  
Callidus parvus laqueus: dolosa  
Atq; sic magnis avibus terosa

Retia ponit,

STRVXERIT quamvis pedicas feroce,  
Nempe PHOENICE M bunc tamen hanc fessellit  
CASSE, sed PHILTRO, Papbiaq; celus,

Externus Auceps,

Aucupem o ergo merito sagacem  
Atq; felicem, volucrem quod banc non  
Cognitus terra, laqueo & suo fe-

fellerit asta.

Mira sed sunt hec, valueré cur non

Incola veri Regionis ejus

Hunce PHOENICEM laqueis dolos

Fallere pulcrum,

Hanc AVE M raram foveat, piamq;

Huic avi pulchra faveatq; casta,

Divitem curet volucrem probamq;

Blandulus Auceps.

Integrum vita scelerisq; purum

Aucupem hunc, doctum simul & sagacem,

Conjugem hunc charumq; tuum futurum

Dilige Phoenix,

Plurimos pullos videant futura

Lustra, vos multa faciat Parentes

Prole Rex Celi, videant uterq;

Nestoris annos.

Et

Et l'oco primo sit EROS Cubilis,  
Vendicet concors sibi Pax secundum,  
Nidulo a' v'istro procul hinc f'cessat

Turpis Enyo.

## CHRONODISTICHON.

Opto no Vo CeDant Ut faVstIter o Mnla n Vpro:  
HaC bona ReX RegVM Vota petIta DabIta

Mauritius Erythraeus.

## ALIUD.

**S**PONSA modesta venit, nimio non percita  
(fastu,  
SPONSE, tuo dulci, Frater amande, Toro;  
SPONSA venusta venit, Pietatis adorea sanctæ  
Candida, virginæ lene jubarq; chorii.  
Hanc mi Frater, ama Spōsam virtutibus auctam  
Tam multis, plenam doribus atq; piis.  
Hanc teneas, fuerit tutela salusq; tuarum  
Rerum: fixa domus illa basisq; tuæ.  
Hanc soveas, inq iam, detrudet pedatore curam,  
Te Dominumq; suum corde coletq; virum.  
Felix, ô nimium felix hac virgine Conjux!  
Hoc ô & felix Conjuge Virgo nimis!  
Vivite concordes, multos feliciter annos  
Dulcissimum JHO V AE fandite vosq; melos.

Φιλαδελφίας χάρειν apponebat  
**Josua Nettelbechius, Sponsi Frater.**  
Dum

ALIUD.

**D**um pulvram jungis Tibi, Frater amande, Puellam,  
Nulli Virtute & nulli Piectate secundam,  
Gratabor cum alius Tibi & optima que ergo precabor.  
Grator de Sponsa à mulier Virtutibus aucta.  
Tali condigna yes non est falsa marito.  
Illa precor, sedis quae sunt suæ vivissima vestris  
Mutuus ad sit amor, Pax pulchra, reciprocus ardor,  
Ardur, Nestoreas firmus manus in annos.  
Inter vos vigeat concordia mutua, vita  
Discors, hui multos hac tempestate fatigans,  
Arma ubi sepe furor dirius scelerata ministret,  
Ædibus à vestris, JHOVA auxiliante, recedat.  
Hec precor ex animo, Frater charissime Votis  
JHOVA meis faveat, det pluria & ipse petitis.

Daniel Nettelbecius, Sponsi frater.

Poetische Illusion  
Fluss der Braut Nahmen.

**N**ewlich ein Vogelsteller gut  
Mit seinen Garn und Nezen  
Spazieret auf mit gutem Muth/  
Sich etwas zuergenzen.  
Er sah ein schönes Vögelein  
Von ihm fliegen fürüber/  
Es war so lieblich hüpsch und fein/  
Dass Er sich wundert drüber.

Ein

Sein Garen' Er thet stellen auff/  
Das Vöglein ihm zusangen/  
Er wart mit allem Fleiß darauff/  
Er hett gar groß Verlangen.  
Er wartet darauff etlich stund/  
Es sammert ihn im Herzen/  
Dass Er dasselb nicht fangen kunt/  
Es bracht ihm großen Schmerzen,  
Er gieng umbher bald hier bald dort/  
Wenn Er es hett vernommen,  
Bald an diesem / bald an jenem ort  
Hofft Er es zubekommen.  
Aber alles vergebens war/  
Wie Ers auch thete machen/  
Es war verdorben ganz und gar  
Mit allen seinen sachen.  
Und als Er sahe nun zuletz/  
Dass Ers nicht kont erjagen/  
Vor Angest Er sich nieder setzt/  
Bad stieg so an zu klagen:  
Ach Jupiter / wie geht es doch  
Mir iest mit diesen Dingern?  
All mein Fleiß Ich dabey thu / noch  
Will mirs gar nicht gelingen.  
O chrlös Inforumum/  
Wie thustu mich so plagen?

S

Mit

Mit Worten kürz in einer Summ'  
Kam Ich mit Wahrheit sagen/  
Von dir man wenig hat Gewin/  
Wie Ich oft hab gelesen/  
Denn wodu einmaß kommest hin/  
Da ist es gut gewesen.  
Fortun komher auf das mein Herz  
Sich könne reueiren/  
Und sich mein vielfältiger Schmerz  
Mög widerumb verlieren.  
In dem Er saße so allein/  
Und thet sein Jammer klagen/  
Kam gegen ihn ein Kindlein/  
Hilff GOTT hilff thet Er sagen/  
Was kommt mir denn entgegen dar?  
Wie selzam sis formiret  
Denns mit Bogen und Pfeilen war/  
Gleich wie ein Schütz gezieret:  
Das sprach Was sitzu hier mein Rau/  
Mit traurigen Geberden/  
Ich wil dir helfen/ wonur kan/  
Dir hülff geleistet werden.  
Hierauß der Vogelsteller sprach:  
Dass ich bin so betrübet/  
Ist ein schön Vöglein die Ursach/  
Das mein Herz geliebet.

Ich

Ich will dir Hüff bezirzen sein/  
Antwortet bald der Knabe/  
Mein Lebtag solcher Vögelein  
Ich viel gesangen habe.  
Drauff schoß er hin mit seinem Pfeil/  
Der Schuß thet ihm gelingen/  
Und thets / als es rab fiel in eil/  
Dem Vogelsteller bringen.  
Der Vogelsteller frewt sich drob/  
Daß es nun wer gesangen/  
Er sang / Er sprang / Er sagt GOTT Lob/  
Daß nach seim Wunsch ergangen.  
**Herr Breitgam / Weil an diesem tag**  
Ihr es bekommt zu eigen/  
Stelt es ruhmehr ein all sein Klag/  
Der Schmerzen thuts geschweigen.  
Bey euch zubleibn ißs resolviert  
In Traurigkeit und Freuden/  
Denn was GOTT einmahl conjungirt/  
Das soll der Mensch nicht scheiden.  
Drumb nehmt nun hin ewr Vögelein/  
Mit Euchs zu haus thut führen:  
Macht es gesund / Heilet es sein/  
Thuts wiederlumb voriren.  
**GOTT gebe daß gesund ihr beyd**  
**Lang beyeinander bleibt,**

Das

Dass Ihr in Fried und Einigkeit  
Zusammen ewr zeit vertreibet,  
Dass dieses schöne Vögelein  
Biel junge mög aushecken/  
Das k ein Unglück mög bey ihm sein/  
Kein Furcht / Kein Angst / Kein Schrecken,  
Aber der Tichter eilt zum end/  
Las sichs niemand verdriessen;  
Er hofft es sen wohl angewende:  
Niemit thut er beschlichen,

Cudebat

Marcus Canissaria zu Halle.



Nr 3022.


81




V3 17

Retrov

He





XXIX

Quod felix faustumq; esse jubeat

Supremus ille Pronubus,

De novis Nuptiis,

Quas

D. O. M. A.

Vir Reverendus Humanissimus juxta  
ac Doctissimus, DN.

M. C H R I S T O

P H O R U S N E T T E L B E C I U S ,

Diaconus Bernburgensis ad D. Aegidii,  
& Pastor Dröbeliensis

Cum

Lectissimā & pudicissimā Virgine  
A N N A

Viri integerimi & honestissimi

Dn. G E O R G II Schünenvogels /

Civis quondam Servestani primarii

relicta filia

Bernburgi A. D. IV. Non. Xbris, Anno reparata salutis

M. DC. XXII. celebraturus est,

Gratulantr

Amici.

S E R V E S T A E

Characteribus Zachariæ Dörfferi.

C I . I C . X X I I .